Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ratio que no dixerat cor suum et no est creditus in deo sps eius
Filii essent intendentes et mittentes arcu conversi sunt
in die belli Non custodierunt testamentum dei et in lege
eius noluerunt ambulare Et obliti sunt bnfactorum eius
et mirabilium eius que ostendit eis Coram patribus eorum fecit
mirabilia in terra egypti in campo tanis Interrupit
mare et perduxit eos et statuit aquas quasi in utre
Et deduxit eos in nube diei et tota nocte in illuminatione
ignis Interrupit petram in heremo et adaquavit
eos uelut in abysso multa Et eduxit aquam de petra
et deduxit tamquam flumina aqs Et apposuerunt ad
huc peccare ei in ira conturbaverunt excelsum in aquoso
Et tempt̃averunt deum in cordibus suis ut peteret escas
animabus suis Et male locuti sunt de deo dixerunt numqd
poterit deus parare mensam in deserto Ecce percussit
petram et fluxerunt aque et torrentes inundaverunt
Numquid et panem poterit dare aut parare mensam populo
suo Audiuit dns et distulit et ignis accensus
est in iacob et ira dei ascendit in israel Qui non credi
derunt in deo nec speraverunt in salutare eius Et man
dauit nubibus desup et ianuas celi aperuit Et pluit
illis manna ad manducandum et panem celi dedit eis
Panem angelorum manducauit homo cibaria misit eis
in habundantia Transtulit austrum de celo et indixit
in uirtute sua affricum Et pluit super eos sicut puluerem
carnes et sicut arenam maris volatilia penata Et
ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula
eorum Et manducauerunt et saturati sunt nimis et deside
rium eorum attulit eis non sunt fraudati a desiderio suo
Adhuc esse eorum erant in ore ipsorum et ira dei ascen
dit super eos Et occidit pingues eorum et electos